



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1682. usque ad annum 1690

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1781

VD18 90119231

§. 48. Conjuratorum supplicium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67608](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67608)

Sæc. XVII. A. C. 1683 victima caderet, die duodecima ejusdem Mensis Josias Kenling ejusque Frater conjurationis conficii Darthmutho & Jenkio totam parricidii meditati seriem suo chirographo signatam detexerunt. Ad tanti facinoris indignitatem oblituit Rex, qui habito cum suis consilio Joannem Rumseyum, Richardum Rumbaldum Prædicantem, Richardum Nelthorpium, Eduardum Wode, Richardum Godenowghum, Walcotum, Tompsonum, Burtonem, & Guillelmum Hone unacum aliis quadraginta Protestantibus carceri mancipari iussit; ex his Rumseyus Jenkium Regni Secretarium accessit, & coram eo omnia conjuratorum consilia manifestavit: Ad alteram hanc confessionem Rex Monmuthum Ducem, ac Grayum, Armstrongium & Fergeffonium Prædicantem die vigesima octava Junii comprehendi iussit, qui tamen omnes a Jenkio admoniti tempestiva fuga sibi consulerunt: paulopost Essexius Comes, Russellus & alii nonnulli ab Howardo d'Eserick detecti ad Londinensem Turrim capti abstrahabantur.

§. XLVIII.

Conjuratorum Supplicium.

De

Detecta hac conjuratione ceteris prior Sæc. XVII.
 Walcotus Tribunus de clandestini- A. C. 1683.
 nis consiliis a Rumseyo, Keelingio, Esprit d'Ar-
 Bourno, & Westio ex propriis literis nand part. 2.
 convictus, tanquam perduellionis reus pag. 326.
 die vigesima tertia Julii capite damna- Rapin Thoi-
 tus est. Essexius autem Comes sup- ras Hist.
 plicii infamiam suicidio prævertit, dum d' Angl. t. 10.
 novacula sibi in carcere jugulum pag. 525.
 abscidit: die demum secunda Augusti
 Rumseyus & Hone Tyburni laqueo suffo-
 cati sunt, ex quibus posterior in loco
 supplicii palam professus est, se quidem
 ad occidendum Regem, ejus tamen
 fratri parcendum fuisse inductum: Rus-
 selius vero sequenti die in Lincolnensi
 foro capite truncatus est, qui falso ja-
 ctata sua innocentia populum ad mise-
 rationem perduxisset, si ejus crimen
 minus dubium minusque atrox fuisset:
 Sidneyus pari etiam supplicio ut ceteri Salmon Hist.
 complices fuere mulctati, Monmuthus chron
 denique Dux Witehaliam venit, ac co- d' Angl.
 ram Rege palam confessus est, quod pag. 399.
 hujus conjurationis quidem complex
 fuisset, nunquam tamen in Regis ne-
 cem consensisset: Enimvero clementif-
 simus Rex huic parricidæ veniam de-
 dit, cum autem hic idem paulopost
 novam conspirationem conflasse con-
 vinceretur, Aula & Regno expulsus
 est: Laurentius vero Brandonus &
 Hugo

Sæc. XVII. Hugo Speckius pecuniaria multa onerati sunt, eo quod Essexium Comitem in Turri a Regiis suffocatum fuisse, subornatis falsis testibus in vulgus sparsissent. Demum Londinensis Senatus ad diem decimam nonam Septembris in universo Regno festum indixit, ut Deo optimo Maximo pro feliciter detecta hac conjuratione debitæ rependerentur gratiæ, simulque Equestris statua Caroli I. Regis, quæ a Cronwelisticis olim everfa fuerat, rursus erigebatur.

§. XLIX.

Oxonienfis Universitatis decretum contra perniciosos libellos.

*Thoiras l. c.
pag. 528.*

Nefando Regicidii consilio Protestantes Angli præluserant sparsis in vulgus libellis, in quibus Regis auctoritatem deprimere, suam rebellionem honestare, sibi que supremum imperii jus vendicare nitebantur: detecta autem nupera conjuratione, Universitas Oxoniensis ex perversis ejusmodi libellis ac doctrinis maxima mala oritura prospiciens, die vigesima prima Julii conventum habuit, in quo adversus noxios hosce libros, & damnanda dogmata sequens edidit decretum: „Nupera Regem, ejusque Fratrem Eboracensem Ducem trucidandi molimina
„nos